



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Catena Temporum

Andrian, Carl

Herbipoli, 1698

[Series Duodecima. Urbium natales, architecturæ opera illustria â Christo nato ad an. 1698.]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65485](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65485)

Maculae in sole deprehensae an. 1611. à Scheinero. Videatur Rosa Ursina.

Circulatio sanguinis asserta ab Harvæo.

Magno Nauticae rei commodo Angli aquam è salsa dulcem facere coepere artificio caeteris gentibus adhuc ignoto.

Acustica tuba ad vocis propagationem inventa.

Typographi insignes Blaen, Jansonius, Elzevirii, Regia Parisiis praela nobilissima.



SERIES DUODECIMA.

Urbium natales, architecturae opera illustria à Christo nato ad an.

1698.

••• Saeculum I. à 1. ad 100. •••

Caesarea Philippi ad fontes Jordanis condita an 12.

Colonia Agrippina Germanici, Caesaris opus 15.

Ratisbona olim Imbriopolis 32.

Portus Romanus ad Ostia Tyberis, Claudio Caesare 42.

Fossa Corbulonis inter Rhenum & Mosam, 47. Canalis est à Rheno derivatus per Corbulonem spatio 23. M. Pass. Mosa congregiendi ad Crimpum pagum.

Augu-

Augustus moriens gloriatur se Romanam lateritiā invenisse & marmoreā relinquere.

Vespasianus Conditor templi Pacis Romæ. Caligula & Claudius novos ductus Anienis condiderunt.

☉ *Sæcul. II. à 100. ad 200.* ☉

Trajanopolis altera in Phrygia, & altera in Thracia sub Trajano.

Hadrianus instaurat Hierusalem & de suo nomine Æliam appellat.

Ponte planè admirando Trajanus Danubium jungit, cujus adhuc manent nomen & vestigia.

Murus dividens Scotiam à reliqua Britannia per 80000. passus ab Hadriano ductus.

Hadriani apud Tiburtes villa cujus adhuc rudera sunt admirationi, in ea provinciarum & locorum celeberrima nomina inscripserat, veluti Lyceum, Academiam, Canopum, Poëcilen, Tempe. *Spartianus in vita.*

Apollodorus Pontis per Trajanum Danubio impositi architectus, Trajanus Romanam plurimis & pulcherrimis ædificiis ornavit, cumq; studiosius ubique nomen suum inscriberet dictus, est *Herba Parietaria.*

Sepulchro Hadriani superba moles imposita ab Antonino Pio.

Hadrianus Imperator venustissimè pinxit, atque etiam imagines è cera & creta elaboravit. *Dio in vita.*

M. Au.

Architectura opera illustria 465

M. Aurelii Statua equestris in Capitolio posita, magni artificis opus, indicat florentissimam hoc ævo Statuariam.

Sæcul. III. à 200. ad 300.

Brandeburgum in Germania à Brenno positum an: 211.

Sicambria quæ nunc Buda Hungarorum dicitur, conditur an: 234.

Philippopolis à Philippis Imperatoribus.

Bosra in Arabia ab eisdem instaurata 245.

Firmus Tyrann: domum è quadratis vitris bitumine & alijs medicamentis insertis habuisse scribitur à Vopisco.

Aurelia in Gallia ab Aureliano 273.

Severi vallum inter Scotiam & reliquam Britanniam 207. à Bedotria ad Glottæ æstuarium per 132. M. Pass. ubi antea Agricola provinciam finire decreverat. Buchan.

Aurelianus Romam muris validioribus & amplioribus munit, scribunt aliqui ad ambitum 50. miliarium complexos esse, sed meliore iudicio aliorum, errare censendū sunt.

Sæcul. IV. à 300. ad 400.

Byzantium à Severo excisum à Constantino Magno instauratur, ac nova Roma & Constantinopolis dicitur.

Basilea sub Valentiniano II. ex Augustæ Rauracorum reliquiis 374.

Templum Antiochenum nobilissimum,
Domi.

466

Urbium natales,

Dominica aurea dictum anno 328. inchoatum 341. dedicatum.

Post Crucem Constantino exhibitam in caelo, templa in Crucis formam aedificata cepta.

Ex D Hieronymo constat aedificia huius saeculi auro opulenta fuisse, sed non tam solida, uti nunc habentur.

Constantinus Byzantium immigrans, nobiliores orbis pictores & Statuarios & architectos secum trahit.

☉ *Secul. V. à 400. ad 500.* ☉

Ferraria à Vico Ferraiola & fossa quae in Padusam ducebat, ubi forum Arij, mœnibus cingi cepta 413.

Venetæ regionis incolæ, Attilâ Gallicam Cisalpinam impunè vastante, in paludes Asiatici Sinus confugientes, nobilissimæ urbis Venetorum fundamenta locant 452.

Aëtii iussu tertius è Cespite murus excitatur ad excludendos Scotos Pictosque à reliqua Britannia, *Leslaw.*

☉ *Secul. VI. à 500. ad 600.* ☉

Antiochia à Justiniano instaurata Theopolis appellatur 529.

Gnesna in Polonia à Lecho Croata condita 550.

Victoria civitas in Hispania à Leovigildo 580.

Ferra

Architectura opera illustra 467

Ferraria munita à Smaragdo ex archo 585.
Theodelapius Dux sub initium sæculi
ponte simul & aquæ ductu planè mirabili
Spoleti duos montes jungit. *Campillus*
Histor. Spolet.

Templum S. Sophiæ Constantinopoli
celeberrimum Justinianus erigit, eique tre-
centa sexaginta quinque Suburbia pro do-
te assignat, ac mille Clericos constituit,
qui rem divinam in ea faciant.

Theodoricus mœnium Romanorum par-
tes ex crustis marmoris, & silice instau-
rat, post deformationem autem à Narsete,
à Belisario, & demum à Totila per incen-
dium inductam, è tophis, cæmentis, late-
ribus & lapidibus mixtis reparata sunt mæ-
nia Romana.

Architectura Gothica à Gothis inventa,
veteri neque soliditate neque elegantia
comparanda.

☉ *Sæcul. VII. à 600. ad 700.* ☉

Herbipolis ædificata in Franconia 606.
Urbs Sangallensis in Helvetiis conditur
Ferraria amplificata à Rom. Pont. Vi-
taliano 657.

Ferraria in oppositam Padi ripam trans-
lata 673.

Pampilona per regem Bambam 674.
Praga in Bohemia incipit ædificari 686,
& Cracovia in Polonia,

Tem-

Templum ea ætate nobilissimum, nunc
vix mediocribus comparandum D. Joan-
ni Baptistæ à Theodolinda Longobardo-
rum Regina Modoetiæ ponitur.

☉ *Sæcul. VIII. à 700. ad 800.* ☉

Ovetensis civitas in Hispania 760.

Viterbium à Luitprando Longobardo-
rum Rege vel ædificatur, vel saltem mæ-
nibus cingitur.

Cassinense Monasterium à Petronace
720. cæptum instaurari, ad eam amplitu-
dinē & opes excrescit quibus postea floruit.

Pons super Rhenum Caroli Magni de-
cennale opus.

Templum Dñi Petri in cælo aureo à
Luitprando Tirini conditum & donariis
opulentissimis auctum, in quo D. Augustini
corpus collocavit.

Carolo Magno regnante visa est archi-
tectura reflorescere, & eum ædificandi mo-
dum tenere, quem Gallieno Imperante Ar-
chitecti usurpabant.

Hadrianus I. Confessionem ut vocant D.
Petri totam solido auro, altare autem illi
impositum & parietes dextra, lævæque ar-
gento contextit.

☉ *Sæcul. IX. à 800. ad 900.* ☉

Dresda ad Albin 808 Aquilgranum 809.
per Carolum Magnum conditæ.

Florentia per eundem instauratur, opu
præ;

Architectura opera illustria 469

præcipuè urgente Achai Scotorum Regis fratre *Leslans*.

Alphonfus III. Magnus, Compostellanum D. Jacobi templum ingentibus sumptibus ædificat 882. Zamora in Hispania ab eodem condita 850.

Urbs Leonina appendix Romæ à Leone IV. condita. Non minore ædificandi laude claruere, Leo III. Paschalis I.

Sæculum X. à 900. ad 1000. 900

Calecutum apud Indos initio sæculi à Saracenis.

Monachium Baviaræ Ducum Sedes sub Othone I. Magdeburgum rogante Æditha Imperatrice 950. Hala in Saxonia 981. Cairum prope veterem Memphim à Johar Saraceno 968. ædificantur.

Nonantulæ & Farsæ monasteriis nihil hoc sæculo in Italia magnificentius.

Celeberrimum S. Marci templum Venetiis inclinante sæculo plurimum è Græcia architectorum operâ inchoatur.

Sæcul. XI. à 1000. ad 1100. 1000

Troja in Apuliâ à Balagno seu Bolano Græco ædificatur 1022.

Schaphusiana urbs apud Helvetios conditur 1053.

Florentiæ templum S. Miniatis in monte 1010. Lucæ templum S. Martini 1061. ædificatur.

R r

Sæc.

☉ *Sacul. XII. à 1100. ad 1200.* ☉

Galitium in Lusitania 1127. Rostochium 1145. Berlinum 1142. Alexandria à Palea dicta 1168.

Mediolanum, Cremona, Placentia ab Ænobarbo excisæ brevi felicius resurgunt 1168. Berna & Friburgium 1180.

Templum maximum B. V. Lutetia.

☉ *Sacul. XIII. à 1200. ad 1300.* ☉

Straubinga in Bavaria, Stockolmum in Suecia 1259. Bilbaum in Hispania 1300.

Templum Ambiani maximum Gallia, totius nitidissimum 1220. circiter inchoatur, 1270. absolvitur. *Gallia Christiana.*

Pons Londinensis mirabilis sub Joanne Angliæ Rege.

Turris Cremonensis Italicarum maxima perficitur à Guelphis 1290.

☉ *Sac. XIV. à 1300. ad 1400.* ☉

Navale Venetum toti Europæ admirabile 1304. inchoatur.

Mexicum urbs America septentrionalis maxima 1322.

Lymlia & Pons oblivionis Hispaniensium celeberrimus à Petro Lusitano conditur.

Ulma templum totius Germaniæ maximum coeptum ædificari an. 1377. perfectum est post annos 100.

Anno 1386. templum Cathedrale Mediolanen.

lanensium, quo nihil habet Gotica archite-
ctura nobilius, sed post immensos planè
sumptus nondum absolutum.

☉ *Sac. XV. à 1400. ad 1500.* ☉

Templum Cathedrale Hispalense mag-
nificentissimum nobilissimi Capituli sump-
tibus ædificari ceptum an: 1401.

Florentini egregiis operibus urbem su-
am ornant, hinc illi speciosum cognomentū
datum *Florentia Pulchra*.

Florentiæ S. Mariæ de flore Tholus pri-
mus erigitur an: 1446.

Carthusia Ticinensis à Galeatio Sfortia
magnificentissimè condita.

☉ *Sac. XVI. à 1500 ad 1600.* ☉

Lima in Peruvia 1535, à Plazaro Ane-
burgum in Misnia 1561.

Romæ in Vaticano Basilica D. Petri sump-
tibus 48. millionum extructa & vix dum
adhuc absoluta.

Agra Mogolensis imperij Metropolis à
Rege Acabar & Palma nova à Venetis con-
duntur 1595.

Venetiis absolvuntur aræ Marcianæ
porticus, quibus nil perfectius habere dici-
tur architectura.

Ibidem Pons Rivi alti marmoreus operis
mirabilis.

Templum & monasterium D. Laurentij
in Escuriali à Philippo II, conditur.

Sa-

472 *Vrbium natales, & architectura*

Sacellum materiâ & opere spectando Florentiæ, in quo magnorum Ducum sepulchra.

☉ Sac. XVII. à 1600. ad 1698. ☉

Arx Casalensis in Italia, Philippoburgum in Germania excitantur.

Herbipolis unâ cum arce Mariæburgo ornatur & munitur à Philippo Archiepisc. Mogunt. & Herbip. Episc.

Fossa seu Canalis inter Arcem & Cyarumnam per Ludovicum XIV Galliæ Regem.

Celebratur invalidorum militum ædes Parisiis, Hospitium pauperum Genuæ, D. Pauli templum Londini, Prætorium vulgò *Stathuis* Amstelodami. Vestaliæ immensis sumptibus à Ludovico XIV. ad regias delicias conditæ.

Parisiis fusa est statua Ludovici XIV. ex ære 80000. pondo ad Regis gloriam monumentum perpetuum.

Viennæ ex marmore Pyramis magnifica erecta ab Augustissimo Leopoldo altitudine 66. pedum in honorem

SS. Trinitatis.

F I N I S.

Typegraphicos errores qui intervenerunt & oculos Correctoris fugerunt, benevolus Lector facile excusabit & emendabit.

